



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Manuale Parochorum, Sive Institutiones & Praxes Tum Vitæ, tum Officii Pastoralis

Musart, Charles

Monachii, 1654

IX. De quibus instruendus populus pro Confirmatione ritè suscipiendà; &
quomodo vrgendus, ne negligat.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41616

thoritate Senatûs, & notarii iurati, conuocatisq; legitimis testibus, quo optimo modo fieri potest. Quærit Layman, an hæreticus admitti possit à Catholicis pro Patrino? non est omnino alienus, si grauis causa subesset, & abesset scandalum. Ego potius omitterem, quàm admitterem: aliud est, si Catholicus sine scandalo adhiberetur Patrinus in baptismo, quem conferret hæreticus.

NVM: IX.

De procurandâ Confirmatione.

Sacramentum Confirmationis quædam est perfectio, & velut complementum characteris baptismalis; vt fidem, quam Christiani accipiunt per baptismum, generosè & fortiter retinere possint tempore tentationum, aut persecutionum. Vnde etsi Confirmare tuum non sit; tuum tamen est curatoris animarum procurare, vt tui non negligant: proinde exhortaberis
subin-

subinde populum, præsertim cum Episcopus in tuo, vel vicino loco collaturus est, ut suspiciant hoc Sacramentum, neque post septennium ætatis nimum diu differant: quod magis vrgendum est, in partibus hæreticâ lue infectis. Quam ob rem ex Catechismo Concilii Tridentini, vel aliunde eos instrues, quid sit hoc Sacramentum, & quam vim habeat, quæ materia, quæ forma, qui ritus, quid sibi velit alapa, quam Episcopus infringit, cur frons vngatur? cur ligetur linteolo? & quid eo agere debeant, cum aliquamdiu gestârint: num cognitio harum rerum deuotionem excitat, & fructum maiorem adfert. Docendi etiam sunt, cum hoc Sacramentum sit viuorum, si conscii sibi sint peccati grauioris, præmittant veram contritionem, vel quod certius est, sacramentum confessionem: decet, ut ieiuni accedant, non est necesse: accedant autem modestè, reuerenter, & piè, ut par est.

Patri

Patrinus sufficit vnus, is esse debet confirmatus, contrahitq; similem cognitionem spiritualem, & matrimonii impedimentum, prout de baptismo dictum est.

CAPVT III.

Instructiones & praxes circa Sacramentum Poenitentiae.

PRIMA SECTIO.

Quaedam generaliora.

NVM: I.

De Scientiâ, Loco, & Habitu Confessarii.

Scientia Casuum hinc opus est. Studes praesertim, vt versatus sis in distinguendis peccatis mortalibus à venialibus, & quae mortalia specie sint diuersa: item, qui casus sint reseruari, qui annexam habeant censuram, quod onus sit restitutionis. Sanos ordinariè audies in Ecclesiâ, nisi subinde ratio aliud exigat, & quidem loco parenti, neq; obscuro: asserculus confessio-

fessio-